pillos · Illuſtrant aciem magis q̄ cæcos In
ſuas condūt animos tenebras · Hoc q̄cquid
placet excitatq; m̄etes · Infimis tellus aluit
cauernis Splendor quo regitur vigetq; cælū
Vitat obſcuras animæ ruinas · Hanc q̄ſq̄s
poterit notare lucem · Candidos phebi radi
os negabit · ¶Proſa vndecima libri tercij

Aſſentior inquā · cuncta eni firmiſſi
mis nexa rationibus cōſtāt ¶P · Tum illa q̄n
ti inquit æſtimabis · ſi bonum ipſum quid ſit
agnoueris ¶B · Infiniti inq̄m ſiquidem mihi
pariter deū quoq; qui bonū eſt ꝯtingat agno
ſcere ¶P · Atqui hoc veriſſima inquit ratione

pateſaciã. Maneãt modo quae paulo ãte ꝯclu
ſa ſunt. B. Manebũt inquã. P. Nõne inq̃t
mõſtrauimus ea quae appetunt a pluribus.
icirco vera ꝑfectaq; bona nõ eſſe. qm̃ a ſe in
uicẽ diſcreparẽt. cumq; alteri abeſſet alterum
plenũ abſolutũq; bonũ afferre nõ poſſe. Tũ
autẽ verũ bonũ fieri. cũ in vnam veluti formã
atq; efficientiam colligũt. vt quae ſufficiẽtia
eſt eadem ſit potentia. reuerẽtia claritas atq;
iucũditas. Niſi vero vnum atq; idem oĩa ſint
nihil habere quo inter expetẽda numerentur.
B. Demõſtratũ eſt inq̃z. nec dubitari vllo
modo poteſt. P. Quae igit cum diſcrepant.
minime bona ſunt. cũ vero vnũ eſſe coeperint
bona fiunt. Nõne haec vt bona ſint. vnitatis
fieri adeptione cõtingit. B. Ita inq̃m videt.
P. Sed omne quod bonũ eſt. boni ꝑticipa
tione bonũ eẽ cõcedis. an minime. B. Ita ẽ.
P. oportet igitur idem eſſe vnũ atq; bonum

ſimili ratione ꝯce das Eadē nāq; ſubſtantia
eorū eſt quorū naturaliter nō eſt diuerſus ef
fectus B. Negare inquā nequeo P. No
ſti ne igitur inquit om̄e quod ē tādiu manē
atq; ſubſiſtē q̄mdiu ſit vnū. Sed interire at
q; diſſolui pariť cū vnum eſſe deſtiterit B.
Quonā inquā mō P. Vt in aīalibus inq̄t.
cū in vnū coeunt ac ꝑmanēt anima corp⁹ q;
id animal vocatur. Cū vero haec vnitas vtri
uſq; ſeparatione diſſoluiť. interire nec iam eē
aīal liquet. Ipſū q̄; corpus cū in vna forma
mēbrorū coniūctione ꝑmanet. hūana viſiť
ſpecies. At ſi diſtributae ſegregataeq; ꝑtes
corporis diſtraxerint vnitatē. deſinit eſſe q̄d
fuerat. Eoq; modo percurrēti caetera ꝓcul du
bio patebit ſubſiſtere vnūquodq; dū vnum
eſt. cū vero vnū eſſe deſinit iterire B. Cōſi
derāti inquā mihi plura mime aliud videť P
Eſt ne igitur inquit quod naturaliter agat.

relicta ſubſiſtẽdi appetẽtia · venire ad interi
tum corruptionemq; deſideret ¶ B · Si anima
lia inquã cõſiderem · quae habẽt aliquam vo
lẽdi nolẽdiq; naturam · Nihil inuenio quod
nullis extra cogẽtibus abiiciat manẽdi intẽti
onem · et ad interitum ſponte feſtinet · Omne
namq; animal tueri ſalutem laborat · mortem
vero perniciemq; deuitat · Sed quid de herb
arboribusq; · quid de inanimatis omnino cõ
ſentiam rebus prorſus dubito ¶ P · Atqui nõ
eſt quod de hoc poſſis ãbigere cũ herbas atq; ãr
bores intuearis primum ſibi cõuenientibus in
naſci locis · vbi quantum earum queat natu
ra · cito exareſcere atq; interire nõ poſſint Nã
aliae quidem campis aliae mõtibus oriuntur ·
alias ferunt paludes · aliae ſaxis haerent · ali
arum fecundae ſunt ſteriles arenae · quas ſi in
alia quiſpiam loca transferre conetur areſcãt
Sed dat cuiq; natura quod conuenit · et ne

dum manere poſſunt intereant elaborat·
Quid q̄ omēs velut in terras ore dimerſo tra
hūt alimēta radicib⁹· ac p̄ medullas robur
corticemq̨ diffundūt· Quid q̄ nobiliſſimuz
quidq̨· ſicuti medulla eſt· in interiore ſemp̄
ſede reconditur· extra vero quadā ligni firmi
tate tuetur· vltimus autē cortex aduerſuz cæ
li intemperiem quaſi mali patiēs defenſor op
ponit̄· Jam vero quāta eſt naturæ diligēti
a vt cūcta multiplicato ſemine ꝓpagentur·
quæ omnia nō modo ad tempus manēdi ve
rum generatim quoq̨ q̄ſi in ꝑpetuū ꝑmanen
di veluti quaſdā machinas eſſe quis neſciat
Ea etiam quæ inanimata eſſe creduntur nō
ne quod ſuum eſt quæq̨ ſimili ratione deſide
rant· Cur enī flāmas q̄dem ſurſum leuitas ve
hit? terras vero deorſū pondus deprimit· niſi
q̄ hæc ſingulis loca motiones q̨ cōueniunt·
Porro autē quod cuiq̨ cōſentaneum eſt id

vnūquodqꝫ ɔ̄ſeruat ſicuti ea q̄ ſunt inimica
corrumpūt. Jā vero que dura ſūt vt lapides
adhærent tenaciſſime ꝑtibus ſuis. ⁊ ne facile
diſſoluantur reſiſtunt. Quæ vero liquentia
vt aer atqꝫ aqua facile quidem diuidentibus
cedūt. ſꝫ cito i ea ſurſus a quibꝫ ſūt abſciſa re
labunt᷑. Ignis vero omnē refugit ſectionem
Neqꝫ nūc nos de volūtarijs aīe cognoſcētis
motibus. ſꝫ de naturali intētione tractauim⁹
Sicuti eſt q͂ acceptas eſcas ſine cogitatiōe
trāſigimus. q͂ in ſomno ſpiritū ducim⁹ neſci
entes. Nā ne in animalibꝫ quidem manēdi a
mor ex animæ volūtatibus. verū ex naturæ
principijs venit. Nā ſaepe mortē cogentibus
cauſis quā natura reformidat. volūtas ample
ctitur. Contraqꝫ illud quo ſolo mortalium
rerū durat diuturnitas. gignēdi op⁹. quod
natura ſemꝑ appetit interdū coercet volūtas
Adeo hæc ſui caritas nō ex aīali motiōe. ſed

ex naturali intẽtione ꝓcedit Dedit enĩ ꝓui dẽ
tia creatis a ſe reb⁹ hãc vel maximã manẽdi
cauſaꝫ vt quoad poſſunt naturalit̃ manere de
ſiderẽt. Quare nihil ẽ q̃ vllo mõ queas dubi
tare cũcta q̃ ſunt. appetere naturaliter ꝯſtã
tiã ꝑmanẽdi deuitare ꝑniciẽ. B. Cõfiteor in
quã nũc me indubitato cernẽ q̃ dudũ icerta
videbant̃. P. Quod aũt iquit ſubſiſtere ac
ꝑmanẽ appetit id vnũ eẽ deſiderat. Hoc enĩ
ſublato ne eẽ q̃dẽ cuiq̃m ꝑmanebit. B. Ve
rũ ẽ iquã. P. Oĩa igit̃ iq̃t vnũ deſiderãt. B.
Cõſẽſi. P. Sed vnũ id ipſũ mõſtrauim⁹ eẽ
qđ bonũ. B. Ita quidem. P. Cũcta igitur
bonũ petũt. quod quidem ita deſcribas licet
ipſũ bonũ eſſe quod deſideret̃ ab oĩb⁹. B. Ni
hil inquã verius excogitari poteſt Nã vel ad
nihilũ cũcta referunt̃. ⁊ vno veluti vertice de
ſtituta ſine rectoꝛe fluitabũt. ꝗ ſi q̃d ẽ ad q̃d
vniuerſa feſtinẽt id erit oĩm ſũmũ bonoꝝ. P.

Et illa nimium inquit · o alumne letor · ipſā eni mediæ veritatis notā mēte fixiſti · Sed in hoc pat uit tibi quod ignorare te paulo āte dicebas ¶B · Quid inqm ¶P · Quis eſſet iqt rerum omniū finis Js eſt eni profecto quod deſideratur ab omnibus · quod quia bonū eē collegimus · oportet rerum omnium finez bonum eſſe fateamur ·

¶Metrū vndecimū tercij de conſolatione libri ·

QVisquis ꝓfunda mēte veſtigat verū
Cupit qꝫ nullis ille deuijs falli ·
Jn ſe reuoluat intimi lucem viſus Longos qꝫ in orbem cogat inflectens motuſ · Animum qꝫ doceat quicquid extra molitur · Suis re truſum poſſidere theſauris · Dudum quod atra texit erroris nubes · Lucebit ipſo perſpicacius phebo Nō om̄e nāqꝫ mēte depulit lumē Obliuioſaz corpus inuehens molē · Hæret ꝓfecto ſemen introrſuz veri · Quod excitatur

ventilante doctrina· Nam cur rogati ſponte
recta cēſetis Ni merſus alto viuēt fomes cor
de· Q̄ꝺ ſi platonis muſa ꝑſonat verū· Quod
quiſqȝ diſcit immemor recordat᷑·

Proſa duodecima libri tercij.

NVm ego platoni inquā vehemēter
aſſentior· nā me horum iam ſecundo
cōmemoras· Primū q̄ memoriā corporea cō
tagione· dehinc cū meroris mole preſſ⁹ ami
ſiſti. P· Tū illa ſi priora inquit ↄceſſa reſpicias.
ne illud quidē longius aberit quin recorderis
quod te dudū neſciē ↄfeſſus es· B· Quid in
quā· P· Quibus ait illa gubernaculis mun
dus regat᷑· B· Memini inquā me inſcitiā me
am fuiſſe confeſſum· Sed quid afferas· licet
iam proſpiciā· planius tamē ex te audiē deſi
dero· P· Mūdū hunc inquit a deo regi paulo
āte minime dubitādū putabas· B· Ne nūc
quidem arbitror inquā· nec vnq̄ȝ dubitādū

puto P. Quibus q; in hoc ratioibus accedã breuiter exponã. Mundus hic ex tam diuer ſis cõtrarijs q; ꝑtibus in vnã formaz minime cõueniſſet. niſi vnus eſſet q̃ tam diuerſa cõiũ geret. coniuncta vero naturaꝝ ipſa diuerſi tas inuicẽ diſcors diſſociaret atq; diuelleret niſi eſſet vn⁹ q̃ quod nexuit cõtineret. Nõ tã vero certus naturæ ordo ꝓcederet. nec tam diſ poſitos motus locis tꝑib⁹ efficiẽtia ſpacijs q̃ litatib⁹ explicaret. niſi vnus eſſ; qui has mu tationũ varietates manẽs ipſe diſponeret. Hoc quicquid eſt quo condita manẽt atq; agitant᷑ vſitato cũctis vocabulo deum nomi no P. Tum illa. Cum hæc inquit ita ſenti as paruã mihi reſtaẽ operã puto. vt fœlicita tis compos patriã ſoſpes reuiſas. ſed quæ ꝓ poſuimus intueamur. Nonne in beatitudine ſufficientiã numerauimus. deumq; beatitudi nem ipſam eſſe conſenſimus B. Ita quidez

BLB BADISCHE LANDESBIBLIOTHEK
Baden-Württemberg

P. Et ad mundum igitur inquit regendum
nullis extrinſecꝰ adminiculis indigebit. ali
oquin ſi quo egeat plenã ſufficientiaꝫ nõ ha
bebit. B. Id inquã ita eſt neceſſarium. P.
Per ſe igitᷣ ſolũ cuncta diſponit. B. Nega
ri inquã nõ poteſt. P. Atqui deus ipſũ bonũ
eſſe mõſtratꝰ eſt. B. Memini iquã. P. Per
bonũ igitᷣ cũcta diſponit. ſiquideꝫ ꝑ ſe regit
oĩa quẽ bonũ eſſe ɔſenſimus. ⁊ hic eſt veluti
quidã clauus atqꝫ gubernaculũ. quo mũda
na machina ſtabilis atqꝫ incorrupta ſeruatᷣ
B. Vehemẽter aſſentior inquã. ⁊ id te pau
lo ante dicturã tenui licet ſuſpicione proſpe
xi. P. Credo iquit. iã enim vt arbitror vigi
lãtius ad cernẽda vera oculos deducis. ſʒ qđ
dicã nõ minus ad ɔtuendũ patet. B. Quid
inquã. P. Cum deus inquit oĩa bonitatis
clauo gubernare iure credatur. eademqꝫ oĩa
ſicuti docui ad bonũ naturali itẽtiõe feſtinẽt.

Nũ dubitari poteſt quin volũtarie regãt᷑ · ſe
qꝫ ad diſponẽtis nutũ veluti ꝯueniẽtia contẽ
perataqꝫ rectori ſponte ꝯuertãt ¶B· Ita in
quã neceſſe eſt · nec beatum regimen eſſe vide
ret᷑ · ſiquidem detrectãtiũ iugũ foret non obtẽ
perãtiũ ſalus ¶P· Nihil eſt igit᷑ qđ naturã ſer
uãs deo ꝯtraire conet᷑ ¶B· Nihil inquã ¶P·
Quid ſi conet᷑ ait · nũ tandem ꝓficiet quicq̃m
aduerſus eũ · quẽ iure potẽtiſſimũ beatitudis
eſſe conceſſimus ¶B· Prorſus inquã nihil va
leret ¶P· Nõ eſt igit᷑ aliquid quod ſũmo hu
ic bonõ vel velit vel poſſit obſiſtere ¶B· Non
inquã arbitror ¶P· Eſt igit᷑ ſummũ bonuꝫ in
quit qđ regit cũcta fortiter ſuauiterqꝫ diſpo
nit ¶B· Tũ ego q̃m inquã me non modo ea
quæ ꝯcluſa ſũma rationũ · verũ multo magis
hæc ipſa quibus vteris verba delectãt · vt tã
de aliqñ ſtulticiã magna lacerãtẽ ſui pudeat ·
¶P· Accepiſti inquit in fabulis laceſſentes cæ

lum gigantes · ſed illos quoq; vti condignū
fuit benigna fortitudo diſpoſuit · Sed vis ne
rationes ipſas inuicē collidamus · forſitan ex
huiuſmodi conflictatione pulchra quædam
veritatis ſcintilla diſſiliat ¶B · Tuo inquam
arbitratu ¶P · Deum inquit eſſe omnipotētē
nemo dubitauerit ¶B · Qui quidē inquam
mēte ↄſiſtat nullus prorſus ābigat ¶P · Qui
vero eſt inquit oīpotēs nihil eſt qđ ille non
poſſit ¶B · Nihil inquā ¶P · Nū igit̃ deus face
re malū poteſt ¶B · Mime inquā ¶P · Malum
igit̃ inquit nihil ē cū id facere ille non poſſit ·
qui nihil non poteſt ¶B · Ludis ne inquā me
inextricabilem laberȳthū rationibꝰ texens ·
Quæ nec quidem qua egrediaris introeas ·
nec vero quo introieris egrediare · Admira
bilem quēdam ſimplicitatis orbeꝫ complicas
Etenī pauloante a beatitudine incipiens eam
ſummum bonum eſſe dicebas quam in ſūmo

deo ſitam loquebare. Ipſum quoq; deum ſū
mum eſſe bonum plenāq; beatitudinē diſſere
bas. ex quo neminem beatū fore niſi qui pa
riter deus eſſet q̄ſi munuſculum dabas. Rur
ſus ipſā boni formā dei beatitudinis q; loque
baris eſſe ſubſtantiā. Ipſumq; vnum idipſū
eſſe bonū dicebas. quod ab omni rerū natu
ra peteret. Deum q̄ bonitatis gubernaculis
vniuerſitatē regē diſputabas. volētiaq; cū
cta parere illi. nec vllā mali eſſe naturā. atq;
haec nullis extrinſecus ſūptis. ſed altero ex
altero fidē trahente inſitis domeſtiſticis q; p
batioibus explicabas ¶ P. Tū illa. Minime
inquit ludimus. rēq; omniū maximā dei mu
nere quē dudū deprecabamur exegimus Eā
eſt enī diuinae forma ſubſtātia. vt neq; i ex
terna dilabat. nec in ſe externū aliquod ipſā
ſuſcipiat. Sed ſicut de ea Permenides ait.
omnem tu circulo adducis ſponte multitudi

nē id eſt. Rex orbem mobilē rotat. dū ſe im
mobilem ipſa ↄſeruat. Q̄ꝺ ſi rationes q̄ȝ non
extra petitas. ſȝ itra rei quā tractabamus am
bitū collocatas agitauim⁹ nihil ē qꝺ admire
re cū platone ſanciēte didiceris cognatos de q̄
bus loquimur rebꝯ oportere eſſe ſermones.

¶ Metrū duodecimū libri tercij

FOelix q̄ potuit boni. Fōtez viſere lu
cidū. Foelix q̄ potuit grauis Terræ
ſoluē vincula. Quōdā funera cōiugis Vates
treicim⁹ gemēs Poſtq̄ȝ flebilibꝯ modis Sil
uas currere mobiles Amnes ſtare coegerat.
Junxitq; intrepidum latus Seuis cerua leo
nibus Nec viſum timuit lepus. Jam cantu
placidum canem. Cum flagrantior intima
Feruor pectoris vreret.
Nec qui cuncta ſubegerant.
Mulcerent dominum modi.
Jmmites ſuperos quærēns

Infernas adijt domos · Illic blāda ſonanti
b⁹ Cordis carmina tēperās Quicq̄d p̄cipuis
deae · Mr̄is fontib⁹ hauſerat Quod luctus da
bat ipotens Quod luctū geminā⁹ amor · De
flet tenara cōmouēs Et dulci veniā prece
Vmbrarū dn̄os rogat · Stupet tergeminus
nouo Captus carmine ianitor Quae ſontes a
gitāt metu · Vltrices ſcelerū deae Iā moeſtae
lacbrymis madent Non ixionium caput Ve
lox p̄cipitat rota Et longa ſiti perditus
Spernit flumina tātalus Vultur dū ſatur ē
modis Nō traxit ticij iecur Tandē vincimur
arbiter · Vmbrarū miſerās ait · Donamus co
mitem viro Emptam carmine coniugem Sz
lex dona coerceat Ne dum tartara liquerit
Fas ſit lumina flectere · Quis legē det amā
tib⁹ Maior lex amor eſt ſibi · Heu noctis ꝓpe
terminos Orpheus euridicen ſuam Vidit · ꝑ
didit · occidit ·

Vos hæc fabula reſpiát · Quicūq3 in ſuperū diem · Mentem ducere quæritis Nam qui tartareum in ſpecus Victus lumina flexerit Quicquid precípuū trahit · Perdit dū videt inferos

¶ Finito libro tercio · incípit liber quartus de conſolatione philoſophiæ ·

HAec cū philoſophia dignitate vultus ⁊ oris grauitate ſeruata leniter ſuauiterq3 cecíniſſet Tū ego non dū penitus inſiti mœroris oblitus · intentionē dicere adhuc aliquid parātis abrupi Et o inq̄3 p̄uia veri luis · quæ vſq3 adhuc tua fudit oratio · tum ſui ſpeculatioē diuina · tū tuis rationib9 inuicta patuerunt · Eaq3 mihi et ſi ob iniuriæ dolorē nuper oblita · non tamen ante hac prorſus ignorata dixiſti · Sed ea ipſa eſt vel maxima noſtri cau

ſa moeroris · q̄ cū rerū bonus rector exiſtat ·
vel eſſe oīno mala poſſint vel ipunita pretere
ant · Quod ſolū q̄nta dignū ſit admiratione
ꝓfecto cōſidera · At huic aliud maius adiun
git̄ · Nā iperāte florēteq̄ nequicia · virtus nō
ſolū premijs caret · verūetiā ſceleratoruꝫ pedi
bus ſubiecta calcat̄ · ⁊ in locum facinorū ſup
plicia luit · Quae fieri in regno ſciētis oīa po
tētis omnia · ſꝫ bona tātūmodo volentis dei · ne
mo ſatis poteſt nec admirari nec ꝯqueri · P ·
Tum illa ⁊ eſſet inquit infiniti ſtuporis oībꝫ
q̄ horribilius monſtris ſic vt tu aeſtimas in
tāti velut patriſfamilias diſpoſitiſſima domo
vilia vaſa colerent̄ precioſa ſordeſcerēt · Sed
nō ita eſt · Nā ſi ea quae paulo ante concluſa
ſunt incōuulſa ſeruātur · ipſo de cuius nūc re
gno loquimur auctore cognoſces · ſemꝑ qui
dem potētes bonos eſſe · malos vero abiectos
ſēꝑ atq̄ imbecilles · nec ſine pena vnq̄ꝫ eē vicia

nec ſine p̄mio v̄tutes. bonis fœlicia. malis ſē
ꝑ iſfortunata ↄtingē. Multaq; id genus. q̄ ſo
pitis q̄relis firma te ſoliditate corroborēt. Et
qm̄ veræ formā btitudis me dudū monſtrāte
vidiſti. quo etiā ſita ſit agnowiſti. decurſis
oibus q̄ p̄termittere neceſſariū puto viā tibi q̄
te domū reuebat oſtēdā. Penas etiā tuæ mē
ti q̄bo ſe i altū tollē poſſit affigā. vt ꝑturba
tione depulſa ſoſpes i patriā meo ductu mea
ſemita. meis etiā vehiculis reuertaris.

Metrū primū quarti libri.

Sunt etenī pēnæ volucres mihi.
Quæ celſa conſcendant poli.
Quas ſibi cum velox mens induit.
Terras peroſa deſpiat.
Aeris imrmenſi ſupērat globum.
Nubes q; poſt tergum videt.
Quiq; agili motu calet ætheris
Trāſcendit ignis verticem.

Donec in aſtriferas ſurgat domos · Phœbo
q; coniugat vias Aut comitetur iter gelidi ſenis
Miles coruſci ſideris · Vel quocunq; micans nox
pingitur · Recurrat aſtri circulum · Atq; vbi iam
exhauſti fuerit ſatis Polum relinquat extimum
Dorſaq; velocis premat ætheris Compos verendi luminis · Hic regium ſceptrum dominus tenet · Orbis q; habenas temperat · Et volucrem currum
ſtabilis regit · Rerum coruſcus arbiter Huc
te ſi reducem referat via · Quam nunc requiris
immemor · Hæc dices memini patria eſt mihi Hinc ortus hic ſiſtam gradus · Quod ſi terrarum placeat tibi · Noctem relictam viſere
Quos miſeri toruos populi timent · Cernes
tyrannos exules ·

Proſa ſecunda quarti libri ·

Num ego pape inquam vt magna promittis · nec dubito quin poſſis efficere tu modo quem excitaueris ne moreris · P · Pri

mũ igiur inquit bonis ſemper adeſſe potẽtiã · malos cũctis viribus eſſe deſertos agnoſcas licebit quorũ quidem alterum demõſtratur ex altero · Nã cum bonũ malũq; contraria ſint ſi bonũ potẽs eſſe conſtiterit · liquit imbecillitas mali · at ſi fragilitas clareſcat mali · boi firmitas nota eſt · Sed vti noſtræ ſententiæ fides abundãtior ſit alterũtro calle procedam · nũc hinc · nunc inde ꝓpoſita cõfirmans Duo ſũt quibus omnis humanorũ actuũ cõſtat effectus · volũtas ſcȝ ac poteſtas · quorũ ſi alterutrũm deſit nihil eſt quod explicari queat · deficiente eteni voluntate ne aggreditur quideȝ quiſq; quod nõ vult · at ſi poteſtas abſit · voluntas fruſtra ſit Quo ſit vt ſi quẽ videas velle adipiſci quod minime adipiſcat᷑ · huic obtinendi quod voluerit defuiſſe valentiã dubtare non poſſis B · Perſpicuũ eſt inquam · nec vllo modo negari poteſt P · Quẽ vero

effeciſſe quod voluerit videas. num etiã po
tuiſſe dubitabas ¶ B. Mime ¶ P. Quod vero
quiſq; poteſt in eo validus. quod vero non
poteſt in hoc imbecillis eẽ cẽſendus eſt ¶ B. Fa
teor inquã ¶ P. Meministi ne igit᷑ inq̃t ſupio
rib9 rationibus eſſe collectũ intentionẽ omnẽ
voluntatis humanæ q̃ diuerſis ſtudijs agit᷑
ad beatitudinẽ feſtinare. Memini inq̃z id q̃z
eſſe demonſtratũ ¶ P. Nũ recordaris btitudi
nem ipſũ eſſe bonũ. eoq; mõ cũ beatitudo pe
titur ab oibus deſiderari bonũ ¶ B. Mime iq̃m
recordor qm̃ id memoriæ fixũ teneo ¶ P. Oẽs
igitur hoieſ boni parit᷑ ac mali indiſcreta intẽ
tione ad bonũ puenire nitũt᷑ ¶ B. Ita inq̃m
cõſequẽs eſt ¶ P. Sz certũ eſt adeptione boni
bonos fieri ¶ B. Certũ ¶ P. Adipiſcunt᷑ igit᷑
boni quod appetũt ¶ B. Sic videt᷑ ¶ P. Ma
li vero ſi adipiſcerẽt᷑ qđ appetũt bonũ. mali
eſſe nõ poſſet ¶ B. Ita ẽ ¶ P. Cũ igit᷑ vtriq;

bonū petāt ſibi q̄dem adipiſcūt᷑ · illi vero mi
nime · Nū dubiū ē bonos q̄dē potētes eē · q̄ ve
ro mali ſūt imbecilles B · Quiſq̄s inquā dubi
tat · nec rerū naturā nec ꝯſequētiā ꝑt cōſidera
re rationū P · Rurſ⁹ inq̄t Si duo ſint q̄bus
idē ſm naturā ſit · eorūq; vn⁹ naturali officio
id ipſū agat atq; ꝑficiat · alter vero naturale
illd' officiū mīme adminiſtrare queat · alio ve
ro modo q̄m naturæ cōuenit non quidem im
pleat ꝓpoſitum ſuū ſ; imitetur implentē · quē
nā horuz valentiorē eſſe decernis B · Et ſi cō
iecto inquā quid velis · planius tñ audire de
ſidero P · Ambulādi iq̄t motū ſm naturā eē
hoibꝫ nū negabis B · Mīme iquā P · Eiuſ
q; rei pedū officiū eſſe naturale nū dubitas ·
B · Ne hoc q̄dē inq̄m P · Si q̄s igit᷑ pedibꝫ
icedē valēs ābulet · ali⁹q; cui hoc nāle pene
deſit officiū maibꝫ nitēs ābulaē conet᷑ q̄s iure
hoꝝ valētioꝛ exiſtiari ꝑt B · Cōtexe inquā

caeterā · nam quin naturalis officij · potens eo
qui idez nequeat valētior ſit nullus ambigat
¶P · Sed ſummū bonū quidez aeque malis bo
nis qꝫ ꝓpoſitum · boni quidem naturali officio
virtutū petūt · Mali vero variā ꝑ cupiditatē
quod adipiſcendi boni naturale officiū non
eſt idipſum conant̉ adipiſci · An tu aliter exi
ſtimas ¶B · Minime inquā · nā etiam quod ē
cōſequens patet Ex his enim quae conceſſerī
bonos q̄dem potētes · malos vero eſſe neceſſe
eſt imbecilles ¶P · Recte inq̄t ꝑcurris̉ id qꝫ v
ti medici ſperaē ſolent · indicium eſt erectae iā
reſiſtentis̉ qꝫ naturae · Sed qm̄ te ad itelligē
dū promptiſſimū eſſe cōſpicio · crebras cōacer
uabo rationes Vide eni quāta vicioſorū ho
minū pateat infirmitas · qui ne ad hoc quidez
ꝑueniē queunt · ad quod eos naturalis duc̄t
ac poene compellit intentio Et quid ſi hoc tā
magno ac poene invicto praeeuntis naturae

deſererent auxilio · Conſidera vero quãta ſce
leratos hoĩes habeat ĩpotentia · Neq; eni levia
aut ludicra premia petũt · q̄ conſeq̄ atq; obti
nere nõ pñt · ſed circa ipſam rerũ ſummã verti
cem q; deficiũt · nec in eo miſeris cõtingit effe
ctus q ſolũ dies noctes q; moliunt · In qua
re bonorũ vires eminẽt Sicut eni eũ qui pedi
bus incedens · ad eum locu; vſq; puenire po
tuiſſet · quo nihil vlterius puiũ iaceret inceſſui
ambulãdi potẽtiſſimũ eſſe cenſeres · ita eum
qui expetẽdorum finem quo nihil vltra eſt ap
prehendit potẽtiſſimũ neceſſe eſſe iudices Ex
quo fit quod huic obiacet · vt ijdem ſceleſti
viribꝰ oibus videant eſſe deſerti · Cur eni reli
cta virtute vicia ſectãt ? inſcitia ne bonorũ ·
ſed quid eneruacius ignorantie cecitate · An
ſectanda noverunt · ſed trãſverſos eos libido
precipitat · ſic quoq; intemperãtia fragiles ſũt
q̄ obluctari vicio nequeunt · An ſcientes volẽ

tesꝰ qꝫ bonū deſerūt · ad vicia deflectuntꝛ · Sꝫ
hoc modo non ſolū potentes eſſe · ſed omnino
eſſe deſinunt · Nam qui cōmunem omnium q̄
ſunt finem relinquūt · paritꝛ qꝫ eſſe deſiſtūnt ·
Quod quidem cuipiā mirū forte videatꝛ · vt
malos qui plures hominū ſūt eoſdem nō eē di
camusꝰ · ſed ita ſeſe res habet Nā qui mali ſūt
eos malos eſſe nō abnuo · ſed eoſdem eſſe pu
re atqꝫ ſimpliciter negō · Nam vti cadauer ho
minē mortuū dixeris · ſimpliciter vero hoiēm
appellare non poſſis · ita vicioſos malos qui
dem eſſe conceſſerim. ſed eſſe abſolute nequeā
cōfiteri Eſt enī quod ordinē retinet ſeruatqꝫ
naturam · Quod vero ab hac deficit · eſſe etiā
quod in ſui natura ſitum eſt derelinquit · Sꝫ
poſſūt inquies mali · ne ego quidēꝫ negauerī
ſed haec quidem eorum potentia nō a viribꝰ
ſed ab imbecillitate deſcendit · Poſſūt etiaꝫ ma
la q̄ minime valerēt ſi in bonorū efficiētia ma

nere potuiſſet. Quae poſſibilitas eos euidenti
us nihil poſſe demonſtrat. Nā ſicuti pauloan
te collegimus malū nihil eſt cum mala tantū
modo poſſint. nihil poſſe improbos liq̄t. B.
Perſpicuū eſt P. Atq; vt intelligas q̄ nam
ſit huius potētiae vis ſūmo bono nihil potenti
us eē paulo ante diffiniuimus B. Ita ē inq̄
P. Sed idē inquit facere malū nequit. B.
Minime P. Eſt igit̄ inquit aliquis qui oīa
poſſe homines putet B. Niſi quis iſaniat ne
mo P. Atqui iidem pñt mala B. Vtinam
quidem inquam nō poſſent P. Cum igitur
bonorum tantūmodo potens poſſit omnia nō
vero q̄ant oīa potentes etiā malorū eoſdē qui
mala pñt min9 poſſe maīfeſtū ē Huc accedit
ꝙ oēz potētiā int̄ expetēda numerādā. oiaq;
expetēda referri ad bonū. velut ad quoddaz
naturae ſuae cacumen oſtendim9 Sz patrādi
ſceleris poſſibilitas referri ad bonū nō poteſt

Expetēda igiť nō eſt Atq̄ omnis potētia ex
petenda eſt. Liquet igiť malorū poſſibilita
tē nō eſſe potētiā. Ex quibꝰ omnibꝰ bonorū
q̄dem potētia. malorū vero minime dubitabi
lis apparet infirmitas. Verāq3 illā Platonis
eē ſententiā liquet Solos quod deſideret face
re poſſe ſapiētes. iprobos vero exercere quidē
qđ libeat. q̄d vero deſiderēt explē non poſſe.
Faciūt eni quae libet dū p ea quibꝰ delectāť
id bonū quod deſiderāt ſe adepturos putant.
ſed minime adipiſcunť. qm̄ ad beatitudinē
probra nō veniunt.

Metrū ſecundum libri quarti.

Quos vides ſedere celſo Solij culmine
reges. Purpura claros nitente. Se
ptos triſtibus armis Ore toruo cōminātes
Rabie cordis anhelos Detrahat ſi q̄s ſupbis
Vani tegmina cultus Jā videbit intꝰ arctas
Dn̄os ferre catenas. Hinc eni libido verſat.

Auidis corda venenis Hinc flagellat ira mē
tem Fluctus turbida tollens Moeror aut ca
ptos fatigat Aut ſpes lubrica torquet Ergo
cuꝫ caput tot vnū Cernas ferre tyrānos
Nō facit quod optat ipſe. Dn̄s pſſus iniquis

Proſa tercia libri quarti.

Vides ne igit̄ quāto in coeno probra
voluant̄. qua probitas luce reſplēde
at. In quo perſpicuū eſt. nunq̄m bonis pre
mia. nunq̄ꝫ ſua ſceleribꝰ deeſſe ſupplicia Re
rū eteni quae gerunt̄. illud ꝓpter quod vnaq̄
q; res gerit̄ ciuſde rei premiū eſſe non iniuria
videri poteſt. vti currenti in ſtadio ꝓpter quā
curritur iacet premiū corona. Sed beatitudi
nē eē idipſū bonū ꝓpter quod oia gerūt̄ oſtē
dimus Eſt igit̄ humanis actibus ipſū bonū
veluti premiū ꝯmune ꝓpoſitū Atqui hoc a bo
nis non poteſt ſeparari. Neq; eni bonus vltra
iure vocabit̄ qui careat bono. quare ꝓbos mo

res ſua premia nō relinquūt. Quantūlibet igi
tur ſeuiāt mali. ſapienti tamē corona nō deci
det. non areſcet. Neq; eni pbis aīmis ppriū
decus aliena decerpit improbitas. Qd ſi ex
trinſecus accepto letaret. poterat hoc vel ali
us quiſpiam. vel ipſe etiā qui cōtulisset aufer
re. Sz qm̄ id ſua cuiq; pbitas cōfert tū ſuo
premio carebit. cū pbus eſſe deſierit. Poſtrē
mo cū omne pmiū icārco appetat. qm̄ bonū
eſſe credit. quis boni ɔpotē pmij iudicet exp
tem At cui? premij oīm pulcherrimi maximi
q;. Memēto eni illius corollarij quod paulo
ante precipuū dedi ac ſi collige Cū ipſū bonū
beatitudo ſit bonos oēs eo ipſo q; boni ſunt fie
ri beatos liquet. Sz q̄ bti ſūt deos eē ɔuenit.
Eſt igit premiū bonorū qd nullus deterat di
es. nulli? minuat poteſtas. nulli? fuſcet im
pbitas deos fieri Quae cū ita ſint. de malorū
quoq; inſepabili poena dubitare ſapiēs neq̄

āt· Nā cum bonū malumq̨ itē poena atq̨ p̄mium aduerſa fronte diſſideant q̄ in boni pre
mio videmus accidere· eadem neceſſe eſt i ma
li poena contraria pte reſpondeant Sicut igi
tur probis pbitas ipſa ſit premium· ita ipro
bis nequicia ipſa ſuppliciū eſt· Iā vero q̄ſq̄s
afficiāt poena· malo ſe affectū eē nō dubitat
Si igitur ſeſe ipſi æſtimaē velint pnt ne ſibi
ſupplicij exptes videri· quos omniū malorū
extrema nequicia nō afficiāt mō· verūetiā vae
hementer inficiāt· Vide autē ex aduerſā parte
bonorum quae improbos poena comitetur·
Omne namq̨ quod ſit vnum eſſe· ipſumq̨
vnum· bonum eſſe paulo ante didiciſti· Cui
conſequens eſt vt oē quod ſit id etiā bonū eē
videat Hoc igit mō q̄cq̄d a bono deficiāt eē de
ſiſtit· q̄ fit vt mali deſināt eē q̄d fuerāt Sed
fuiſſe hoīes adhuc ipſa hūana corpis reliqua
ſpecies oſtentat· Quare verſi in maliciaz hu

manā qꝫ amiſerē naturā· Sed cū vltra hoīes
quenqꝫ prouehere ſola ꝓbitas poſſit· Neceſſe
eſt vt quos ab humana cōditione deiecīt· in
fra hoīs merituꝫ detrudat iprobitas· Euenit
igiť vt quē transformatū vicijs videas hoīem
æſtimare nō poſſis· Auaricia feruet alienaꝝ
opum violentus ereptor· ſimilē lupo dixeris
Ferox atqꝫ inquiet⁹ linguā litigijs exercet
cani ꝯparabilis· Inſidiator occultus ſurripuiſ
ſe fraudibus gaudet· vulpeculis exequetur
Ire itēperās fremit· leonis animū geſtare cre
datur· Pauidus ac fugax nō metuenda for
midat ceruis ſimilis habeatꝰ Segnis ac ſtupi
dus torpet aſinū viuit· Leuisꝰ ac icōſtāsꝰ ſtu
dia ꝑmutat· nil ab auibꝰ differt· Foedis im
mundisꝰ qꝫ libidibꝰ imergiť ſordide ſuis volu
ptate detineť Ita fit vt q̄ ꝓbitate deſerta hō
eſſe deſierit· cum in diuinam conditionē trāſi
re non poſſit vertatur in beluam

Metrũ terciũ quarti libri.

Vela naricij ducis Et vagas pelago rates Eurus appulit iſulæ. Pulchra que reſidens dea. Solis edita ſemine. Miſcz hoſpitibus nouis Tacta carmine pocula. Quos vt in varios modos Vertit herbi potēs manus Hunc apri facies tegit. Ille marmaricus leo. Dente creſcit ⁊ vnguib. Hic lupis nuper additus. Flere dũ parat vlulat. Ille tigris vt indica. Tecta mitis obābulat. Sz licet varijs malis Numen arcadis alitis Obſitum miſerans ducem Peſte ſoluerit hoſpitis. Jam tamen mala remiges. Ore pocula traxerant. Jam ſues cerealia Glande pabula verterant. Et nihil manet integrũ Voce corpore ꝑditis Sola mēs ſtabilis ſupra. Monſtra quæ patitur gemit. O leuem nimiũ manũ Nec potentia gramina. Mēbra quæ valeāt licet Corda vertere non valent. Intus eſt hoim vigor

Arce cōditus abdita. Haec venena potentis
Detrahūt hominē ſibi. Dira quae penitus me
ant. Nec nocentia corpori. Mētis vulnere ſe
uiunt.

## Proſa quarta quarti libri.

Vm ego fateor inquā. nec iniuria di
ci video. viciosos tametſi hūani cor
poris ſpeciē ſeruēt i beluas tn̄ aiorum quali
tate mutari. Sed quorū atrox ſcelerataq; mēs
bonorū pniciae ſeuit idipſū eis licere noluiſſem
P. Nec licet inqt vti couenienti monſtrabit
loco. ſed tamē ſi idipſū quod eis licere credi
tur auferat. magna ex pte ſceleratorū hoim
poena reuelet. Et eni quod icredibile cuiqm
forte videat. ifoeliciores eē necē eſt malos cū
cupita pfecerūt. qm ſi ea q cupiūt implē non
poſſint. Nam ſi miſeruz eſt voluiſſe praua. po
tuiſſe miſerius eſt. ſine quo volūtatis miſerae
langueret effectus. Itaq; cum ſua ſingulis

miſeria ſit triplicí infortunio neceſſe eſt vrgẽ
antur · quos videas ſcelus velle ⁊ poſſe ⁊ per
ficere ¶ Boetius · Accedo inquã ſed vti hoc in
fortunio cito careant patrandi ſceleris poſſibi
litate deſerti vehementer exopto ¶ P · Care
bunt inquit ocius · q̃m vel tu forſitan velis
vel illi ſeſe aeſtiment eſſe carituros · Neqꝫ eni
eſt aliquid in tã breuibus vitae metis ita ſecũ
rum · quod expectare longum immortalis p̃
ſertim animus putet · Quorum magna ſpes
et excelſa facinorum machina repentino atqꝫ
inſperato ſaepe fine deſtruitur · Quod quidẽ
illis miſeriae modum ſtatuit · Nam ſi nequicia
miſeros facit · miſerior ſit neceſſe eſt diutur
nior nequam · Quos infoelicíſſimos eſſe iudi
carem · ſi non eorum maliciam ſaltem mors ex
trema finiret · Etenim ſi de prauitatis infortu
nio vera concluſimus · infinitam liquet eſſe
miſeriam · quam eſſe conſtat eternam ¶ B ·

Tum ergo mira quidem inquam ⁊ cõceſſu dif
ficilis illatio · ſed his eam quæ prius conceſſa
ſuit nimium cõuenire cognoſco P · Recte in
quit æſtimas · ſed qui cõcluſioni accedere du
rũ putat · æquum eſt vel falſum aliquid p̄ceſ
ſiſſe demonſtret · vel collationem ꝓpoſitionuꝫ
non eſſe efficacem neceſſariæ cõcluſionis oſtẽ
dat · Alioquin conceſſis p̄cedentibus nihil ꝓr
ſus eſt quod de illatione cauſet᷑ · Nã hoc quo
qꝫ quod dicã non minus mirũ videatur · ſꝫ ex
his quæ ſumpta ſunt æque eſt neceſſarium ·
B · Quidnam inquã P · Foeliciores eſſe in
quit improbos ſupplicia luentes · q̃m ſi eos
nulla iuſticiæ poena coerceat · Neqꝫ id nunc
molior quod cuiuis veniat in mentem · corri
gi vltione prauos mores · ⁊ ad rectum ſup
plicij terrore deduci · cæteris quoqꝫ exemplũ
eſſe culpanda fugiendi · Sed alio quodam
modo infoeliciores eſſe improbos arbitror im

punitos · tametſi nulla ratio correctiōis · nul
lus reſpectus habeatur exempli ¶B. Et q̄s e
rit inquā p̄ter hos alius mod⁹? ¶P. Et illa bo
nos inquit eſſe foelices · malos vero miſeros
nōne cōceſſimus ¶B. Ita eſt inquā ¶P. Si
igit̄ inquit miſeriæ cuiuſpiam bonū aliquod
addatur nōne foelicior eſt eo cui⁹ pura ac ſo
litaria ſine cuiuſq̄m boni admixtione miſeria
eſt ¶B. Sic videt̄ inquā ¶P. Quid ſi eidem
miſero qui cunctis careat bonis p̄ter ea quib⁹
miſer eſt · malum aliud fuerit annexum · nō
ne multo infoelicior eo cenſendus eſt · cui⁹ in
fortunium boni participatione releuatur ¶B
Quidni inquam ¶P. Habent igitur improbi
cum puniuntur quidem boni aliquid annexū
poenam ipſā ſcilicet quæ ratione iuſticiæ bo
na eſt · iidemq; cū ſupplicio carent · ineſt a
liquid alterius mali ipſa impunitas · quā ini
quitatis merito malum eſſe cōfeſſus es ¶B.

Negare nō poſſū. P. Multo igitur infœlicio
res improbi ſunt iniuſta īpunitate donati q̄m
iuſta vltione puniti. Sed puniri improbos
iuſtū. impunitos vero elabi iniquū eſſe mani
feſtū eſt. B. Quis id neget. P. Sed nec il
lud quidē ait quiſq̃ negabit bonū eſſe omne
quod iuſtum eſt contraq; quod iniuſtuz eſt
malū liquet eſſe. B. Tū ego. Iſta q̄dem cō
ſequentia ſunt eis quæ pauloante cōcluſa ſūt
Sed queſo inquā te. Nulla ne animarū ſup
plicia poſt defunctū morte corpus relinquis.
P. Et magna quidem inquit quorū alia pœ
nali acerbitate. alia vero purgatoria clemen
tia exerceri puto. Sed nūc de his diſſerere cō
ſilium nō eſt. Id vero hactenus egimus. vt
quæ indigniſſima tibi videbat᷑ maloruz poteſ
ſtas eam nullam eſſe cognoſceres. quos q;
īpunitos q̄rebare. videres nūq̄m īprobitatis
ſuæ carē ſupplicijs. Licētiā quā cito finiri p̄ca

baris nec lõgã eẽ diceres · ĩfœliciorẽq́ȝ fore ſi
diuturnior infœliciſſimã vero ſi eſſ ȝ æterna ·
Poſt hæc miſeriores eẽ ĩprobos iuſta ĩpuni
tate dimiſſos q̃m iuſta vltione punitos · Cui
ſẽtẽtiæ cõſequẽs eſt · vt tũ demuȝ grauioribꝰ
ſupplicijs vrgeãtᷣ cũ ĩpuniti eſſe credũtᷣ B
Tũ ego cũ tuas inquã rationes ꝯſidero · nihil
dici verius puto · At ſi ad hominũ reuertar iu
dicia · quis ille eſt cui hæc nõ credenda mõ ·
ſꝫ ſaltem audienda videantᷣ P · Ita ẽ inquit
illa · nequeũt eñi oculos tenebrĩs aſſuetos ad
lucẽ ꝑſpicuæ veritatis attollẽ · ſimiles q́ȝ aui
bus ſunt quarum intuitum nox illuminat · di
es cæcat · Dum enim non rerũm ordinem ſed
ſuos intuentur affectus · vel licẽtiam · vel im
punitatẽ ſcelerũ putãt eẽ fœlicẽ · Vide ãt q̃d
æterna lex ſãciat Melioribꝰ aĩm ſi cõfõrmaueris
nihil opꝰ ẽ iudice p̃miũ deferẽte tu te ipſe ex
cellẽtioribꝰ addidiſti · Si ſtudiũ ad peiora

deflexeris extra ne queſieris vltorē. tū te ipſe
in deteriora detruſiſti. veluti ſi vicib⁹ ſordidā
humū cælumq; reſpiciās. cūctis extra ceſſan
tibus ipſa cernēdi ratione nūc cœno. nūc ſide
ribus intereſſe videaris At vulgus iſta non re
ſpiciāt Quid igitur. his ne accedamus quos
beluis ſimiles eſſe mōſtrauimus. Quid ſi q̄s
amiſſo penitus viſu ipſū etiā ſe habuiſſe obli
uiſceret̄ intuitum. nihilq; ſibi ad humanā p
fectionem deeſſe arbitraretur. num vidētes e
adem cæcos putaremus. Nōne illud quidem
acquieſcent. quod æque validis rationū niti
tur firmamētis infœliciōes eſſe eos qui faciūt
q̄m qui patiātur iniuriam B. Vellem inq̄z
has ipſas audire ratioēs P. Oēm inquit im
probum ſupplicio dignum negas B. Mini
me inquā P. Infœlices vero eſſe qui ſūt im
probi multipliciter liquet B. Ita eſt inquā
P. Qui igitur ſupplicio digni ſunt miſeros

eſſe nõ dubitas? B. Cõuenit inquã P. Si
igitur cognitor ait reſideres · cui ſuppliciũ iſe
rendum putares ei ne qui feciſſet an qui pertu
liſſet iniuriam B. Nec ambigo inquam q̃n
perpeſſo ſatiſfacerẽ dolore facientis? P. Miſeri
or igitur tibi iniuriae illator q̃m acceptor eſſe
videret? B. Conſequit̃ inquã Hac igitur a
liis q̃ de cauſis ea radice nitẽtib⁹ q turpitudo
ſuapte natura miſeros faciat · apparet · illatã
cuilibet iniuriã nõ accipientis · ſ inferentis eẽ
miſeriã P. Atqui nunc ait contra faciunt ora
tores · Pro his enĩ q̃ graue q̃d acerbumq p
peſſi ſunt miſeratiõẽ iudicum excitare conã
tur · cũ magis admittẽtibus iuſtior miſeratio
debeat · quos nõ ab iratis ſed a propiciis po
tius miſerãtibus q accuſatoribus ad iudiciũ
veluti aegros ad medicũ duci oportebat · vt
culpae morbos ſupplicio reſecarẽt · quo pacto
defenſorũ opa vel tota frigeret · vel ſi pdeſſe

hominibus mallet in accuſationis habitū ver teretur. Ipſi quoq; iprobi ſi eis a liqua rimu la virtutē relictā fas eſſet aſpicere. viciorūq; ſordes pœnarū cruciatib⁹ ſe depoſituros vide rent. cōpenſatione adipiſcēde pbitatis nec hos cruciatus eſſe dicerent. defenſorūq; operā repudiarēt. ac ſe totos accuſatoribus iudici buſq; pmitterēt. Quo fit vt apud ſapientes nullus prorſus odio locus relinquat. Nā bo nos quis niſi ſtultiſſimus oderit. malos vero odiſſe ratione caret. Nā ſicuti corporū lāguor ita vicioſitas quidam eſt quaſi morbus ani morum. Cū ægros corpore minime dignos odio. ſed potius miſeratione iudicemus. mul tō magis nō inſequēdi. ſz miſerādi ſunt. quo rū mentes omni languore atrocior vrget im probitas.

¶Metrum quartum libri quarti.

QVid tātos iuuat excitare mot?·
Et ꝓpria fatū ſolicitare manu· Si mortem pe
tit ꝓpinquat ipſa· Sponte ſua volucres nec re
moratur equos· Quos ſerpens leo tigris vr
ſus aper Dente petunt· idem ſe tamē enſe pe
tunt· An diſtant quia diſſidentq; mores In
iuſtas acies ⁊ fera bella mouēt Alternis q; vo
lunt perire telis Nō eſt iuſta ſatis ſeuiciae rati
o· Vis aptā meritis vicem referre· Dilige iu
re bonos ⁊ miſereſce malis·

Proſa quinta libri quarti

HInc ego video inquā quae ſit vel foe
licitas· vel miſeria in ipſis proborum atq; im
proborū meritis conſtituta· Sed in hac ipſa
fortuna populari non nihil boni maliue ineſſe
perpendo· Neq; enim ſapientum quiſquā ex
ul inops· ignominioſus q; eſſe malit potius
q̄m pollens opibus· honore reuerendus·

potentia validus in ſua pmanēs vrbe florere.
Hic eni clarius teſtatius q̃ ſapientiæ tracta
tur officiū· cū in cōtingentes populos regenti
um quodāmodo beatitudo tranſfunditur Cū
preſertim carcer lex cæteraq̃ legaliū tormen
ta pœnarū pniciofis potius ciuib' ppter quos
etiā conſtituta ſunt debeant· Cur hæc igit'
verſa vice mutent'· ſcelerūq̃ ſupplicia bonos
premant· premia virtutū mali rapiant. vehe
menter admiror. quæq̃ tā iniuſte cōfuſionis
ratio videat' ex te ſcire deſidero Minus etenim
mirarer ſi miſceri omia fortuitis caſibus crede
rem Nūc ſtuporē meū deus rector exaggerat
qui cum ſæpe bonis iucūda malis aſpera· cō
traq̃ bonis dura tribuat· malis optata conce
dat· niſi cauſa deprehēdat'· quid eſt q̃ a for
tuitis caſibus differre videat' P· Nec mirū
inquit ſi quid ordinis ignorata ratione teme
rariū cōfuſumq̃ credat'· Sed tu quāuis cau

ſā tātæ diſpoſitionis ignōres · tñ qm̄ bonus mundū rector temperat recte fieri cuncta ne dubites · ¶Metrū quintū quarti libri ·

SJ quis arcturi ſidera neſcit · Propin qua ſūmo cardie labi · Cur legat tar dus plauſtra bootes Mergatqꝫ ſeras æquore flāmas Cum nimis celeres explicet ortus Le gem ſtupebit ætheriſ alti Palleāt plenæ cor nua lunæ Infecta metiſ noctiſ opacæ Quæ qꝫ fulgenti texerat ore · Confuſa phœbe dete gat aſtra · Cōmouet gētes publicus error · Laſſantqꝫ crebris pulſibꝫ æra · Nemo miratꝰ flamina cori · Litus frementi tundere fluctu · Nec niuis durā frigore molē · Feruēte phœ bi ſoluier æſtu · Hic ei cauſas cernē promptū eſt Illic latētes pectora turbāt · Cūcta quæ rara prouehit ætas Stupetqꝫ ſubitis mobile vulgus · Cedat inſcitiæ nubilus error · Ceſſent profecto mira videri ·

Proſa ſexta libri quarti.

ITa eſt iquam. Sed cũ tui muneris
ſit latẽtiũ rerũ cauſas euoluere velatas
q; caligine explicare rationes. queſo vti hinc
decernas. quõ hoc me miraculũ maxime ꝑtur
bat ⁊ ediſſeras P. Tum illa pauliſper arri
dens. ad rẽ me omniũ inquit queſitu maxiã
vocas. cui vix exhauſti quicq̃ ſatis eſt. tal'
nãq; materia eſt vt vna dubitatione ſuccĩſã
innumerabiles aliæ velut hydræ capita ſuc
creſcãt. nec vllus fuerit mod'. niſi quis eas
viuaciſſimo mẽtis igne coerceat. In hac eni
de prouidentiæ ſimplicitate. de fati ſerie. de re
pentinis caſibus. de cognitiõe ac prædeſtina
tione diuina. de arbitrij libertate quæri ſolet
Quæ quanti oneris ſint ipſe perpendis. Sz
quõ hæc quoq; te noſſe quædã medicinæ tu
æ portio eſt. quãq̃m ãguſto limite tp̃is ſepti
tamen aliquid deliberare conabimur. Q. ſi te

muſicã carminis oblectamẽta delectant hanc
paulisper oportet differas voluptatem · du₃
nexas ſibi ordine contexo rationes B. Vt
libet inquã P. Tum velut ab alio orſa prin
cipio ita diſſeruit · Omnium generatio rerum
cunctusqȝ mutabilium naturarum ꝓgreſſus
et quicquid aliquo mouetur modo · cauſas ordi
nem formas ex diuinæ mentis ſtabilitate ſorti
tur · hæc in ſuæ ſimplicitatis arce poſita mul
tiplicem rebus gerendis modũ ſtatuit · q̃ mo
dus cum in ipſa diuinæ intelligentiæ purita
te conſpicitur prouidentia nominatur · Cum
vero ad ea q̃ mouet atqȝ diſponit refertur fa
tum a veteribus appellatum eſt · Quæ diuer
ſa eſſe facile liquebit · ſiquis vtriusqȝ vim men
te conſpexerit Nam prouidentia eſt ipſa illa
diuina ratio in ſummo omnium principe conſti
tuta q̃ cũcta diſpoit Fatũ vero inhærẽs rebꝰ
mobilibꝰ diſpoſitio p quã ꝓuidẽtia ſuis q̃qȝ

nectit ordibus · Prouidētia nāq; cuncta pa
riter quāuis infinita cōplectitur · Fatū vero
ſingula dirigit in motu · locis · formis ac tem
poribus diſtributa · vt hæc tpalis ordis ex
plicatio i diuinæ mētis adunata pſpectu p
uidentia ſit · Eadem vero adunatio digeſta
atq; explicata temporibus fatū vocet · Quæ
licet diuerſa ſint · alterū tamen pendet ex alte
ro · Ordo nāq; fatalis ex puidētiæ ſimplicita
te pcedit · Sicut eī artifex faciēdæ rei formā
mente pcipiēs mouet opis effectū · et quod
ſimpliciter preſentariæq; pſpexerat ptempo
rales ordines ducit · ita deus puidētia quidē
ſingularit ſtabiliterq; faciēda diſponit · fato
vero hæc ipſa quæ diſpoſuit multipliciter ac
temporaliter adminiſtrat · Siue igit famulā
tibus quibuſdam prouidentiæ diuinis ſpiri
bus fatum exercetur · ſeu anima · ſeu tota in
ſeruiente natura · ſeu celeſtibus ſiderū motib9

ſeu ãgelica virtute · ſeu demonum varia ſoler
tia · ſeu aliquibus horum · ſeu omnibus fatalꝭ
ſeries texitur · illud certe manifeſtum eſt imo
bilem ſimplicemq; gerẽdarum formam rerũ
eſſe prouidẽtiam · Fatum vero eoruꝫ quæ di
uina ſimplicitas gerẽda eſſe diſponit mobi
lem nexum atq; ordinem temporalem Quo
fit vt omnia quæ fato ſubſũt prouidẽtiæ q̄ꝫ
ſubiecta ſint cui ipſũ etiã ſubiacet fatũ Quæ
dã vero quæ ſub prouidentia locata ſunt fati
ſeriem ſuperent · Ea vero ſunt quæ primæ ꝓ
pinqua diuinitati ſtabiliter fixa fatalis ordi
nem mobilitatis excedũt · Nam vt orbiuꝫ cir
ca eundeꝫ cardinẽ ſeſe vertẽtium q̄ eſt intimꝰ
ad ſimplicitatem medietatis accedit · cætero
rumq; extra locatorum veluti cardo quidam
circa quem verſentur exiſtit · Extimus vero
maiore ãbitu rotatꝰ quãto a pũcti media ĩdi
uiduitate diſcedit tãto ãplioribus ſpacijs

explicat. Si quid vero illi se medio ꝯnectat ⁊ societ i simplicitatem cogit. diffundiq; ac diffluere cessat. Simili ratione quod longi⁹ a prima mente discedit maioribꝫ fati nexibꝫ implicat᷑ Ac tãto aliquid fato liberũ est quã to illũ rerũ cardinẽ viciniꝰ petit. Quod si su pnæ mẽtis hæserit firmitati motu carẽs fati q; supgredit᷑ necessitatẽ. Igit᷑ vti est ad intelle ctũ raciocinatio. ad id quod est id quod gi gnit᷑. ad æternitatẽ tẽpus. ad pũctũ mediũ circulus. ita est fati series mobilis ad proui dentiæ stabilẽ simplicitatẽ Ea series cælũ ac sidera mouet. elemẽta in se inuicẽ tẽperat ⁊ al terna ꝯmutatiõe trãsformat Eadẽ nascẽtia occidentiaq; oĩa p similes fœtuũ seminũq; re nouat progressus. Hæc actꝰ etiã fortunas q; hoĩm idissolubili causarũ ꝯnexiõe ꝯstrĩgit q̃ cũ ab imobilis prouidẽtiæ proficiscat᷑ ex ordijs. ipsaq; quoq; imutabilez necẽ est esse.

Ita eni res optime regunt̃ si manēs in diuia
mēte simplicitas indeclinabilē causarū ordinē
promat. Hic vero ordo res mutabiles ⁊ alio
quin temere fluituras ꝓpria incōmutabilitate
coerceat. Quo fit vt tametsi nobis hūc ordi
nē minime ↄsiderare valētibꝰ. cōfusa oīa ꝑtur
bataq; videant̃. nihilominus tñ suus modus
ad bonū dirigēs cūcta disponit. Nihil est ei
qđ mali causa ne ab ipsis q̄dem iprobis fiat.
quos vt vberrime demonstratum est. bonum
quaerentes prauus error auertit. nedum ordo
de summi boni cardine proficiscens a suo q̄q̄z
deflectat exordio Quae vero inquies potest
vlla iniquior esse confusio. q̄m vt bonis tum
aduersa tum prospera. malis etiam tum op
tata. tum odiosa contingant. Num igitur e
a mentis integritate homines degunt. vt q̄s
probos improbos ve censuerint. eos quoq;
vti existimant esse necesse sit. Atqui in

hoc hominuꝫ iudicia depugnãt · vt quos alij
premio · alij ſupplicio dignos arbitrãtur Sꝫ
concedamus vt aliquis poſſit bonos maloſ ve
diſcernere · Num igitur poterit intueri illã in
timam temperiem velut in corporibus dici ſo
let animorum Num enim diſſimile eſt miracu
lum neſcienti cur ſanis corporibus his qui
dem dulcia · illis vero amara cõueniant · Cur
ægri etiã lenibus quidaꝫ · quidam vero acri
bus adiuuãtur · At hoc medicꝰ qui ſanitatis
ipſius atqꝫ ægritudiſ modũ tẽperamẽtũqꝫ di
noſcit minime miratᷣ · Quid vero animorum
aliud ſalus videtᷣ eẽ q̃ꝫ probitas Quid ægri
tudo q̃m vicia · Quis eni̅ alius vel ſeruator bo
norũ vel malorum depulſoꝛ q̃ꝫ rectoꝛ ac medi
catoꝛ mentium deus · Qui cũ ex alta prouidẽ
tiæ ſpecula reſpexerit quid vnicuiqꝫ cõueni
at agnoſcit · Et quod conuenire nouit accõ
modat · Hic iã fit illđ fatalis oꝛdinis inſigne

miraculū · cū a ſciente geritur quod ſtupeāt
